



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Commvniõnis Tum pro Sacerdotibus, tum pro omnibus fidelibus communicaturis

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Explicatur secunda clausula ejusdem Canonis: Postquam ad annos discretionis pervenerit: ubi an impuberes subdantur legibus, & pœnis latis ab homine, §. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41783

Dubitatur quartò de pueris,
de quibus jam subdo.

§. 2.

Post quam ad annos discre-
tionis pervenerit.

*Ubi an Impuberes subdantur legi-
bus, & pœnis la tis ab homine.*

Infantibus, nostra hac æta-
te, non esse dandam com-
munionem, saltem ex tacito Ec-
clesiæ præcepto, certum est.

Dubium ergo superest, de
pueris usum rationis jam attin-
gentibus. De quibus duplex est
sententia: Prima dicentium *a a Suarez*
majoris discretionis usum requi- *aliqu; cit.*
ri, ut puer communicet, quam *à Jo. San-*
ut sacramentaliter confiteatur. *cez mox*
Ratio est quia in dicto c. Omnis *citando,*
utriusque, præceptum confes-
sionis fertur absolutè (semel in
anno confiteatur.) Vnde satis

est communiter ætas inter septimum, & octavum annum, quando incipit discretionis usus: at præceptum communionis fertur cum restrictione reverentiæ (suscipiens reverenter Eucharistiæ Sacramentum) Quare requiritur (inquiunt) ætas inter decimum, & decimum quartum, quando scilicet, secundum iudicium Confessariorum, & multo magis parentum, qui melius filios norunt, æstimauntur sufficienter discernere inter cibum, & cibum, &c.

*UJo. Sanc.
in sel. d. 26
Castrop. de
leg. d. 1. p.
24 §. 2. n. 7*

6 Secunda sententia est dicentium *h* eandem ætatem ad communionem sufficere, quæ ad confessionem: nempe aliquanto plus, quam septennium: non enim minus debet puer pro confessione discernere, quis, qualisve debeat esse dolor peccatorum, quanta sit offensa Dei, quo animo petenda venia, &c. quàm pro communionem, quid sit cibum

cibus i
votio re
ergo ad
ætas inc
eadem f
Utraq
bilis: u
obligari
ad com
cum po
eximi, u
aliquan

*An pu
ma*

7 Sec
resolven
ri, qui o
sum in
sunt; de
peccati
ab Eccle
tatem c
te Hæc
siles illa

cibus ille, quæ, quantaque devotio requiratur, & similia. Cum ergo ad illa cognoscenda satis sit ætas intra septem, & octo annos; eadem sufficiet ad hæc.

Utraque sententia est probabilis: unde sequitur à te posse obligari puerum post septenniū ad communionem Paschalem, cum posteriore sententia: posse eximi, usque ad decemniū, & aliquanto plus, cum priore.

An pueri subjaceant legibus humanis, quo ad culpam.

7 Sed jam hic solemne illud resolvendum est dubium, an pueri, qui ob perfectum rationis usum in utraque sententia possunt; debeant tamen sub reatu peccati mortalis, & sub pœnis ab Ecclesia inflictis ante pubertatem communicare in Paschate. Hæc difficultas petit universales illas duas quæstiones. Pri-

mò an ante pubertatem pueri subjaceant legibus humanis, quo ad culpam. Secundò an iidem subjaceant, quo ad pœnam; quas breviter discutere abs re non erit.

8 Quò ad primam : fuerunt quidam, qui affirmarunt pueros usque ad decimumquartum annum, & puellas, usque ad duodecimum completos (tunc enim est terminus, in quo incipit pubertas, ante semper dicuntur impuberes) non teneri legibus humanis, etiam Ecclesiasticis, neque ad culpam quidem: unde contra agendo, non peccare.

Nam propterea fortè Emmanuel Sàc in genuina antiqua impressione sic habet. Et si, quidam putant teneri ad confessionem, qui habet usum rationis, scilicet cum pudet malefacti; tamen Ecclesia non videtur obligare ante pubertatem.

In hoc tamen Emmanuelis dicto

*c. Sà V.
Confess. n.
3. in meo
Codice im-
presso Ve-
net. 1602.
apud Jo.
Baptist.
Ciottum
sub signo
Europæ.*

dicto
datis
dita fu
strictiv
men E
gare at
pœnas
ficas. I
sum à
cto.

9 P
tat Eco
gari pu
tionis
dari h
ni, lice
Quant
expecta
decern
firmat
annum
Ecclesi
quente
io
cet, pu
bent r

dicto advertendum est, in emen-
datis novis impressionibus, ad-
dita fuisse aliqua verba satis re-
strictiva, in hunc modum: Ta-
men Ecclesia non videtur obli-
gare ante pubertatem, quo ad
pœnas non confitentibus impo-
sitas. Id, quod est longè diver-
sum à germano Emmanuelis di-
cto.

9 Præterea Henriquez *ad pu- d Henriq.*
tat Ecclesiæ præceptis non obli- *lib. 8. de*
gari pueros statim, ac usum ra- *Euchar.*
tionis habent: & alibi *e* asserit, *c. 42. n. 4.*
dari his lactinia, in die jeju- *e Id 113.*
ni, licet habeant usum rationis. *de excom.*
Quantum autem, ut obligentur, *c. 49 n. 2.*
expectandum sit; nequaquam *lit. N.*
decerit. Denique Socus *f. Socus in*
firmat usque ad duodecimum *4. dist. 12.*
annum non teneri pueros ullis *q. 2. art. II*
Ecclesiæ præceptis, & conse- *favetque*
quenter, nec Confessionis. *ex parte S.*

10 Vera tamen sententia do- *Antonin.*
cet, pueros statim ac usum ha- *2. p. tit. 9.*
bent rationis; humanis, atque *c. 8. §. 6.*

adeo Ecclesiæ legibus astringi, nisi fortè expressè eximantur: ut certè à præcepto jejunii, usque ad vigesimum primum completum, eximantur. Ratio convincens est, quia puer, eo ipso quòd usum rationis participat, est capax obligationis legis humanæ, sicuti est capax legis naturalis, & divinæ: ergo non est unde eximantur, quando lex fertur pro omnibus, nec ipsi excipiuntur. Ita communiter Do-

g Salas Doctores, *g* qui expressè loquuntur de præcepto auditionis Missæ, de abstinentia à carnibus, de præcepto confessionis annuæ. Et quidem de hac confessione videtur minus esse dubitandum: si quidem Canon. Omnis utriusque sexus, videtur hoc comprehendere, cum præcipiat, ut omnes fideles, cum ad annos discretionis pervenerint, semel in anno confiteantur, si sibi sint consciï peccati mortalis: at hi pueri

Suar A-
zor alii,
Ec. quos
citant, &
sequuntur
Bonac d
de leg. q. 1.
p. 6. n. 8.
Sanc. l. 1.
in decal.
q. 12. n. 6.

ad

ad annos discretionis perven-
tunt, ut supponimus.

*An pueri subjaceant legibus hu-
manis quo ad pœnas.*

II Quo ad secundam, quæ
est difficilior disputatio, & con-
troversa magis, triplex est sen-
tentia.

Prima h docet pueros usum ra-
tionis ante pubertatem haben-
tes non astringi censuris, & pœ-
nis ab homine latis: astringi ra-
men à latis in jure communi.
Ratio est (inquiunt) quia in i ju-
re eximuntur pueri à pœnis la-
tis (ut ipsi explicant) à Iudice:
non verò à latis à jure. Addunt-
que, rationem convenientiæ, cur
ipsi ita explicent, esse, quia ad
incurrendas pœnas latis ab ho-
mine requiritur ordo judiciarius,
v. g. citatio, defensio &c. ad quæ
apti minimè sunt pueri: at verò
ad incurrendas pœnas latis à

*h Azor,
Sot. V. asq.
Th. & Jo.
Sancez ab
eodem Jo.
cit. in sel.
d. § 1. n. 31.
i C. 1 & 2.
de delict.
puerorum,
I 6 jure*

jure, cum hæc non requirantur, apti erunt pueri, ac proinde illas legitimè incurrere poterunt.

l. sà V. 12 Secunda sententia opposita est dicentium, nullam prorsus pœnam, vel censuram sive ab homine, sive à jure latam incurri à pueris ante pubertatem. Ratio est quia adest decisio clara *cap. 1. & 2. de Delictis puerorum*, ubi pueri infra decimum quartum annum à pœnis simpliciter eximuntur: quæ cum universaliter loquatur, & ex alia parte, odia restringi debeant; non est asserendum decisionem loqui dumtaxat de pœnis latis ab homine: ubi enim lex non distinguit, nec nos distinguere debemus: multo minùs si distinguentes extendamus leges odiosas.

13 Ex qua secunda sententia sequitur hos pueros clericos rixantes, seque invicem percussiones

ientes *m* non incurrere excommunicationem: Si quis suadente, &c.

*m Molin.
allatus à
Fag. ibid.*

Sequitur secundò eosdem omitterentes confessionem annuã, vel communionem Paschalem non incurrere *n* excommunicationem, fortè in aliqua Diœcesi, contra non confitentes, vel non communicantes latam.

*n Jo Sanc.
in sel. d.
26. n. 18.*

Sequitur Tertiò eosdem aliquem occidentes non incurrere irregularitatem.

*o Avila
Henriq.
citati à Jo.
Sanc. ibid.
cont. Th.
Sanch. &
Granad.
ab eod. cit.*

Sequitur Quartò, eosdem committentes crimen in Bulla Cœnæ, non incurrere excommunicationem Pontifici reservatam, & similia: quæ multum dilatare poterunt conscientiam Confessariorum. Notatur etiam à Suario, *p* in Interdicto loci, tales impuberes, si illi contraveniant, peccare quidem contra præceptum in Interdicto latum, non verò incurrere pœnam impositam. Ratio autem prædi-

*p Suarez
d. 5. de
censuris
sect. 1. n. 19*

dictorum illa est, quia, licet ejusmodi pueri, cum sint rationis capaces, culpæ subjaceant; non subjacent tamen pœnis.

14 Tertia sententia docet prorsus omnia, quæ docet secunda sententia: addit tamen limitationem. Existimat enim solam excommunicationem latam ob percussione clericum, in cap. Si quis suadente, contrahi à prædictis pueris, cæteras omnes non contrahi. Ratio est, inquiunt, quia in c. Super eo, c. Pueris, c. Quamvis de sententia excommunicationis, pueri doli capaces mittuntur ad Episcopum, ut absolvantur à percussione Clericorum: quamvis non ad summum Pontificem, cui alias talis excommunicatio est reservata. Si igitur mittuntur ad Episcopum, ut absolvantur; jam supponuntur excommunicati.

Tres viri insignes, ut alios faciam, tenent hanc tertiam

sen-

sententiam: scilicet Thomas q
 Sanchez, Ioannes Sanchez &
 Castropalaus. *f*

15 Quoniam verò hi textus,
 quibus ipsi innituntur, diligen-
 ter perpensi, rem apertè non de-
 cidunt; ideò iudico, secundam
 sententiam esse satis probabi-
 lem, nec tamen sua probabilitate
 carere primam, & tertiam.

Sed amabo te, expendamus
 prædictos textus: inueniemus
 enim Germanam textus inter-
 pretationem, vel à doctissimis
 ipsius viris, quando cursim loca
 leguntur, intrdum effugere.

16 In c. Super eo primo de
 sententia excommunicationis
 sic habetur: Quod si clerici in
 fra puberes annos ad invicem,
 aut unus alterum percusserint;
 non sunt ad Apostolicam Sedem
 mittendi: quia eos ætas excusat.
 Advertis? non dicit esse mitten-
 dos necessario ad Episcopos, nec
 dicit, eos incurrisse in pœnam
 excom-

Th. Sanc.
in decal.

l. 1. c. 12.

Jo. Sanc.
in sel. d. 26
n 18.

Castrop.
de leg. d. 1.
p. 24 §. 2.
n 9.

excommunicationis : sed solum
 eos eximit à recurſu ad Pontifi-
 cem. Ex quo dicto colligi bene
 poteſt, eos non incurrere excom-
 municationem Pontifici reſer-
 vatam : at vero, quod nihilomi-
 nus incurrant excommunicationem
 ab Epifcopo abſolvendam ;
 colligi non poteſt ; abſurda enim
 eſt hæc conſequentia Non in-
 currunt excommunicationem à
 Pontifice abſolvendam : ergo in-
 currunt excommunicationem
 abſolvendam ab Epifcopo. Vel,
 non incurrunt excommunicationem
 Papæ reſervatam : ergo
 incurrunt excommunicationem.
 Ego enim contendo, illos, ſi Pa-
 palem non incurrant ; nullam in-
 currere : quia nulla alia niſi Pa-
 palis hac in re fulminata eſt.

17 In c. Quamvis eodem, ſic
 legitur. Incidens in Canonem
 non niſi ab Apoſtolica Sede eſt
 abſolvendus , niſi imminente
 mortis articulo, infirmitate, ini-
 micitiâ,

micitiâ,
 ſenili æ-
 alia corp-
 quolibet
 co retra-
 Ceterum
 mento l
 ris) ſub
 impedim
 Sedem
 vendi
 pi puer
 licem : c
 ſupponu
 excomm
 unde &
 alterius
 Nequ
 ceteris,
 municat
 rentur i
 tate, &
 id enim
 incurru
 nem Ca
 te, ſed q

micitia, aut inopia, puerili, vel senili ætate, fragilitate sexus, alia corporis impotentia, siue quolibet impedimento canonico retrahatur. Et paulo post; Ceterum, qui temporali impedimento laborant (exceptis pueris) sub juramento, ut cessante impedimento, ad Apostolicam Sedem accedant, sunt absolvendi. Hæc ibi: ubi vides excipi pueros à recurso ad Pontificem: certè, dicam ego, quia supponuntur non incurrisse in excommunicationem Papalem, unde & in nullam, quia nullius alterius meminit.

Neque obstat, quod pueri cum cæteris, qui Pontificiam excommunicationem incurrunt, numerentur ibi (puerili, vel senili ætate, &c.) Non obstat, inquam: id enim factum est, non quia ipsi incurrunt in excommunicationem Canonis. Siquis suadente, sed quia etiam ipsi verè con-

tra dictum Canonem, quo ad culpam, (quod non negandum est de pueris, de quibus loquimur) peccant.

18 l. c. Pueri eodem sic habes. Pueri, qui in Canonem inciderunt sententiæ promulgatæ (non dicit in excommunicationem, seu censuram, sed in Canonem, in quo sententia excommunicationis, pro adultis, promulgata est) sive ante, sive post pubertatem postulent se absolvi, potest Diœcesanus Episcopus absolutionis beneficium imperitari, cum propter defectum ætatis, in qua fuit commissus excessus, rigor sit mansuetudine temperandus. Haftenus Canon. Notas? Dicitur ab episcopo ejusmodi pueros absolvi posse: at posse etiam ab aliis legitimis Confessariis qui Episcoporum sunt adjutores, non negatur. Merito igitur colligi potest, eos ab ex-

com-

commu
culpa,

Sem

Ubi o

QU
sti
nus, n
Canoni
cleandu
confess
hanc oc
cit iau

Quos

Hoc
fideles,
tem usu
nium h

communicatione, licet non à culpa, liberos esse.

§. 3.

Semel in anno Confiteatur.

Ubi obiter de præcepto annuæ Confessionis.

Quamvis, id præsentis instituti non sit; nihilominus, ne pars aliqua omittatur Canonis, quem suscepimus enucleandum, etiam hoc de annuâ confessione præceptum, per hanc occasionem, explicare, non erit inutile.

Quos obliget hoc præceptum.

Hoc ergo præceptum omnes fideles, etiam pueros, sufficientem usum rationis post septennium habentes comprehendere,

re,